

PAR 123 8838 (IND.)
167 4905 (Solo)


SC. 221/23

63189

CONTROLLI


JONATHAS
ACTIO SACRA.

SC. 221/23



JONATHAS
ACTIO SACRA
MUSICALIBUS NUMERIS EXPRESSA
A D. FERDINANDO BERTONI
PRO VIRGINIBUS CHORISTIS
IN NOSOCOMIO
D. LAZARI MENDICANTIIUM

Dum recolitur solemne triduum
HEBDOMADÆ MAJORIS.
ANNI MDCCLXXI.



V E N E T I I S,
MDCCLXXI.

APUD ANGELUM PASINELLI.
SUPERIORUM PERMISSU.

63189

INTERLOCUTORES.

SAUL REX ISRAEL. Exprimitur
a D. Jacoba Frari.

ACHINOAM UXOR SAUL.
a D. Theresia Almerigo.

JONATHAS FILIUS SAUL.
a D. Laura Resegari.

MICHOL FILIA REGIS.
a D. Francisca Tomii.

MEROB FILIA REGIS.
a D. Antonia Lucowich.

ABNER DUX MILITUM.
a D. Theresia Martinelli.

ABIEL SOCIUS JONATHÆ.
a D. Cecilia Martinelli.

ABDON NUNTIUS.
a D. Aurelia Barbaran.

Melior est obedientia, quam victimæ.
I. Reg. xv. xxii.

CHO.

X 5 X CHORUS.

Immortalis Rex Æterne,
A quo pendent Ætra & Mare,
Nos conforta, nos solare
Vera nostra æterna pax.

PARS CHORI.

Vires da, si te laudamus.
Auge spem, si in te speramus,
Fides nostra sit in te.

ALTERA PARS CHORI.

Ah Mortales properate,
Ah venite, & exultate
Vera Fide, & dulci Spe.

CHORUS ITERUM.

Immortalis Rex Æterne &c.

Jonathas, Michol, Merob, & Abiel:

Mic. Ergo dilecte Frater nos relinquis,
Et properas abire?

Jen. Sorores meæ filete, eja filete.
Quis pavor importunus?

Mer. Laudo virtutem tuam,
Sed meditor, oh Deus, quisnam ab hoste
Te securum servabit.

A 3

Jen.

Jon. In Deum confido, & spero.
 Robur debili brachio ipse donabit.
 Sorores meæ vos quoque
 Confidite, sperate,
 Me cito redeuntem.
Abi. Longe timor a vobis, ego quoque
 Ope adjutus superna,
 Domino meo fociatus,
 Vera exempla virtutis imitando
 Secum simul pugnabo,
 Et a munere meo nusquam cessabo.

Fremat pugna in campo armato
 Mei cruoris sitibunda;
 Currat sanguis velut unda
 A me fugiet atra mors.

Michol, & Merob.

Mic. Nimium soror dilecta in sua virtute,
 Nimium confidit Abiel;
 Ego timeo, paveſco.
Mer. Ego quoque palleſco;
 Sed in trepido metu a fonte amoris
 Exaudiet spero Deus vocem doloris.
 Anima mea turbata
 Formidine frigeſcit:
 Pavore ſuo vexata
 Languet, o Deus, in ſe.
 Sed in timore vivit
 Pacem in Deum ſperando,
 Et vivit exultando
 In fide, & dolci ſpe.

Saul

Saul, Abner, & Achinoam.

Saul. Mi dux animo maſte
 Hoſti obviam ire oportet;
 Sed priuſquam diſcedas
 Audi mea verba, & omnibus fac nota:
 Nemo guſtare cibum
 Audeat ab ortu uſque ad occaſum Solis,
 Sic impero, ſic jubeo,
 Juſſis obediant omnes:
 Violator enim reus morti tradetur.

Abn. Tuis obſequor mandatis.

Saul. Sed tu ſponſa,

Mea dulciſſima ſponſa,
 Me dilige, & quieſce,
 Si Deus vires præſtabit
 Jam victorem redibo.

Ach. Sponſe non te relinquam;
 Tecum vivere volo, & tecum mori.

Saul. Quæſo dimitte me, ſponſa dilecta.

Ach. Si tu ſcires, oh Deus,
 Qualis ſit dolor meus,
 Non fuſciperes iter.

Saul. In mente volve, & ſcito,
 Sic imperare Deum:
 Nos parere debemus,
 Tu in bonitate ſua confide, & ſpera.

Ach. Satis, mi Sponſe, ſatis;
 Ipſe cor meum jam videt
 Fons eſt æterni amoris,
 Miſerebitur ipſe mei doloris.

A 4

Iſtæ

Istæ lucæ lacrymosæ
 Per te madent Sponse amate:
 Ah meæ lacrymæ cessate
 Cor soletur jubilando.
 Pare Domino jubenti,
 Et salutem nostræ genti
 Armis para decertando.

Saul, Abner, deinde Abdon.

Abn. Mi Rex mandata tua prompte enuntiavi.
Saul. Festinemus; sed cerno

Quemdam ad nos venientem.

Abd. Mi rex a filio tuo
 Jonatha missus venio,
 Per me veniam precante,
 Si tacite discessit,
 Nam Deo vires præstante
 Tibi victoriam nuntiat.

Saul. Jonathas noster ergo
 Diros fugavit hostes?
 Oh die vere beata!
 Oh sancte æterne Deus!
 Oh chare Fili, oh dulcis amor meus.

Affectus cordis mei

Celeres nunc volate:

Ah redi, o dulcis nate,

Oh fortunata fors.

Sed vade; sponsæ amatæ

Tu victoriam annuntia;

Ego lætus discedo,

Et filio meo victori obviam procedo.

Abd. Tuis obediam mandatis.

Achi-

Achinoam, Merob, Michol,
deinde Abdon.

Ach. Filix dilectæ, & charæ,
 Quidnam erit? hei mihi!
 Unde similis dolor?

Mer. Ah mater mea dilecta
 Crede, Deus feret opem tanto angori.

Abd. Gaude, Regina, & audi:
 Mirabilia portenta annuntio tibi.

Ach. Quid quæso afferre potest
 Levamen cordi meo?

Abd. Jonathas filius tuus nuper triumphavit.

Ach. Ah quid ajs? certo scis?

Abd. Missus ad Regem nunciaturus veni
 Victoriæ gentis nostræ.

Ach. Oh generose,
 Oh dulcissime Fili!

Mic. Oh gaudium, oh lætitia, oh dies beata!

Mer. Oh mira virtus Dei semper laudata!

Abd. Gaudete, eja exultate,

Pacem a Deo sperate:

Hostibus debellatis

Filius vester redibit jubilando,

Et lauro redimitus

Veniet ecce rex meus læte triumphando.

In sublimi aurata fede

Fortis heros Deo dilecte,

Plenus gloria ad nos accede

Redi cito, ah redi ad nos.

Arva, silvæ, colles, fontes

Tibi plaudant exultando,

Gri-

Crines tuos dulce rigando
Cadat hodie a Cælo rös.

Mer. Soror mea vides ergo
Quanta sit summi Dei pietas amata?

Mic. Fateor soror dilecta;
Deus est unica spes, & pax beata.

Mer. Si serena soror chara
Lux apparet coruscando,
Quanta pax, quæ fors in me.

Mic. Si recessit poena amara,
Cor & anima exultando
Vivunt hodie in dulci spe.

Mer. Israel Deus fave pugnanti.

Mic. Opem fer genti certanti.

a 2.

Tu Deus fortis, nostra salus
Serva Regem, serva nos.

Explicit Pars Prima.

PARS

P A R S A L T E R A,

Abner, Achinoam, & Merob.

Abn. **S**iste regina, & audi:
Cur obviam non occurris
Dilecto sponso tuo, dulcique nato?
Jam magnanimi fortes rediere,
Et anhelantes cupiunt vos videre.

Ach. Oh bone Deus quid audio!

Mer. Oh bonitas excelsa!

Ach. Abner, eamus, veni:

Abn. Te sequar: ego quoque

In lætitia insperata

Exulto, & jubilando

Gaudet anima mea pace beata.

Cor exultando vivit,

In pace amica, & chara:

Recessit poena amara,

Jam vivo in chara spe.

Tanta lætitia amata

Anima mea lætatur,

Et vera pax beata

Hodie solatur me.

*Jonathas, Saul, Achinoam, Merob;
Michol & Abiel.*

Jon. Veni Mater dilecta,
Veni soror amata,
Tandem lætus vos video.

Ach. Oh Deus quid cerno!
Ah

- Ah veni, o Fili, ad meos amplexus veni.
Mer. Ah veni frater chare,
 Per te respiro, & vivo.
Ach. Sed, heu sponse dilecte
 Quid evenit? cur lugens?
 Cur nam suspiria ducis
 Hostibus debellatis?
Saul. Israel vere triumphavit;
 Noster Jonathas fuit
 Causa victoriæ tantæ.
Ach. Cur contristaris ergo?
Saul. Audi sponsa mea verba, Hostem fugatum
 Num insequi liceret
 Supplex a Deo precibus meis imploro;
 Numen preces non audit:
 Oh fors! oh triste fatum!
 Video cœlum iratum:
 Rursum rogando spero,
 Sed frustra, heu frustra quæro
 Causam furentis iræ, & dico, oh Deus
 Quo me scelere adstrinxi!
 Sacra vota suscepi, & vota solvi?
Jon. Ah Pater mi quid audio! oh sancte Deus!
 Violator ego ipse sum reus.
Saul. Fili mi, chare Fili.
Ach. Hei mihi! oh fors amara!
Abi. Vera sunt hæc? quid audio?
Jon. Ah Pater ego sum causa doloris.
 De via de pugna fessus
 Gustans gustavi in summitate virgæ,
 Quam manibus gerebam
 Paululum mellis; inde
 Audivi vota tua.

Saul.

- Saul.* Fili tu mortis reus!
Ach. Si vota ipse ignoravit,
 Poenas cur sustinebit?
Abi. Ah cogita mi rex, Jonathas noster.
 Patriæ defensor est, patriæ servator.
Mer. Reminiscere Pater,
 Qualis sit culpa, oh Deus.
Jon. Mater, soror, amice,
 Silete, oh Deus filete;
 Sponte jam vitam reddo
 Pater veniam imploro; o Deus tu lugens?
 Tu suspiras, & tua poena
 Auget poenam mei doloris:
 Ah suspiria genitoris
 Quam amara estis in me!
 Tu sancte æterne Deus, qui corda vides
 Vires, auxilium præsta;
 Nam tu sola mea spes, tu sola fides.
Saul. Me miserum! quid agam?
 Sanguinem Filii vult cœlum iratum;
 Vitam filii dilecti
 Paternus poscit amor.
 Quid agam ergo? oh fors, oh triste fatum!
 Sed jam decrevi... oh Deus obediam tibi...
 Si Filius nocens est morti tradetur...
 Barbare Pater... qualia vota... oh Deus...
 Ah chare fili... Ah te frustra requiro...
 Ah barbari... crudeles...
 Tortores inhumani...
 Compescite... cessate....
 Sed quid? ... deliro? ... insanio?...
 Vivit adhuc dilectus filius meus,
 Vocem doloris mei respice, oh Deus.

Mic.

Mic. Ah parce, quæso, ah parce filio tuo,
Tanti doloris mei respice voces;
Si Deus victimam petit,
Ecce mori pro fratre sum parata:
Ah veni optata mors es mihi grata.

Pallida mors accede,

Veni ... si cupio mori:

Acerbo meo dolori,

O Deus tu pacem da.

Jon. Soror, Mater dilecta, a chare parens
Vestrum dolorem sentio,
A lacrymis cessate,
A bonitate Dei pacem sperate.

Jon. Mater mea dilecta, & grata,
Chare pater, amor meus -
Non lugete, oh Deus pro me.

Ach. Fili mi, mea spes amata,
Cor in me tremit oh Deus;
Jam deficio sine spe.

Saul. Dira fors inexorata,
Fatum triste, & dolor reus
Quam crudelis est in se.

Jon. Veni, accede mater chara.

Ach. Jam deficio, oh Deus quæ fors!

Jon. Pater veni, oh fors amara!

Saul. Oh tyranna, acerba mors!

a 3.

Oh dolor crudelis,

Oh poena cruenta;

Quam dira tormenta,

Quæ barbara fors.

Abn.

Abn. Mi Rex timeo pavelco:

Audi mea verba, & treme.

Saul. Quid evenit, quid affers?

Abn. Populi ardentis ira audite voces:

Jonathas non morietur;

Dominus noster vivit;

De suo capite in terram

Non decidet capillus; nam cum Deo

Operatus est hodie.

Jon. Quid audio, oh bone Deus!

Abi. Ah parce filio tuo

Populi voces audi

Ach. Mi rex doloris mei respice voces.

Saul. Satis uxor dilecta;

Sunt jam populi mei

Voces æterni Dei

Jonathas filius vivat: noster Deus

Tanti doloris mei vocem respexit.

Abner populi nostri iram compesce.

Fili tandem quiesce,

Et animo solare.

Uxor, filiarum dilectarum, eja exultate,

Et tota mente, & corde

Gratias agere Deo nunquam cessate.

Ach. Ah veni fili chare,

Veni tandem, solare.

Jon. Sistite; in primis Deo

Gratias agere oportet,

Qui vera causa fuit lætitiarum nostrarum,

Cujus superna gratia, & sancto amore

Serena lux est orta

In acerba moestitia, & in pavore.

CHO.

X 16 X

CHORUS.

Vivit Israel Deus Æternus
Omnes dicite exultando;
Nostri Regis jubilando
Semper vivat alma lex.

63189

F I N I S.

